Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio septima

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

satur non q̄ratur pp seipsam, sed tota ad opus referatur, atq etiam ad alias scientias acquirendas utilis sit ipsa cognitio Logicæ. hinc tn. non sequi Logicam non ēē partem Phiæ, sed tantum non esse Contemplativam. Maior itaq propositio non est omnino admittenda, nisi in eo sensu ut concedamus omnem Phorum cognitionem vel raōe sui, vel raōe eius operis ad quod dirigitur esse dignam studio, nec quia Logica pp alias scientias expetitur recte colligitur eam non esse partem Phiæ cum multæ partes Phiæ ad alias referantur, ut Ethica, et Oeconomia ad politicam.

Ad 3. Argumentum respond. Illud Argumentum probare nostram primam Conclusionem, quamvis etiam absurdum non sit dicere Logicam et partem et instrumentum Phiæ ēē, sicuti manus fabri et pars et instrumentum eiusdem non absurdè dr̄, si referatur ad totum fabrum cum eâ utatur faber, et ut parte suâ et ut coniuncto instrumento ac nāali. Videatz Fons. 2. Metaph. c. 3. q. 3. lect. 3. et Conimb. hic q. 4. art. 4.

QUAESTIO SEPTIMA.

Sitne Logica necessaria ad cæteras scientias capessendas?

Non ēē probr. 1.mo Si esset necria, eo vel mxē esset quod modos sive instrumenta tradat sciendi, id est, divisionem, definionem et argumentationem sine quib. fieri non pt, ut ulla ex cæteris scientijs cōparetur. At hoc concesso eodem modo dicendum erit, ēē eam necessariam ad seipsam suiq comparationem, cum omnes scientiæ beneficio modorum sciendi comparetur, et ea quoq scientia sit. Hoc autem absurdum est. q.o non est dicendum Logicam ad alias scientias ēē necessariam. Quod si occurras duplicem ēē Logicam. Alteram Naalem, quam imperiti etiam homines habent: Alteram artificialem, de qua nos agimus, atq hanc solius naalis ope posse comparari, nulla videtur esse raō, cur aliæ

atius pars probr.

Logica rplex.

etiam omnes scia, solius naalis Logicae beneficio acquiri n possunt.

Probatur 2.do Si esset necessaria ad alias scientias, esset ut iam diximus pp divisions, defin. et argumentationes, quas ipsa tradit, et quib. reliquae scientiae utuntur. Sed q libet scia habet suas proprias divis. defin. et argumentationes. g.o non egent Logica.

Probatur 3. Si ad alias scientias acquirendas Logica est necessaria ante alias esset addiscenda, atq adeo omnium facillima percepta esset, cum ordine doctrinae à facilioribus ad difficiliora procedendum sit. Sed Logica est pluribus scientijs explicatu difficilior, ut aperte docet experientia, g.o non est ea necessaria ad reliquas scias comparandas.

Pro decisione huius qstionis.

Notandum 1.m Hominem qua ex parte facultatem illigendi habet naa desiderare et expetere scientias, ut docet Artes 1. Meta c. 1. conaq omnium rerum naam et caas cognoscere. Verum sicut à natura nullam habet visionem, sed tm oculum videndi facultatem, ita neq ullam à naa habet intellectionem sive scientiam, sed intellectum, id est illigendi facultatem, qua pt omnia cognoscere atq contemplari. Hoc tn inter sensum et intellectum intervenit, quod ille si sit sanus, caeteris parib. sine difficultate et errore suam exercet operationem, eo quod sentiendi modus simplex sit, videlicet moveri ab obiecto psenti; illectus vero quia est simplici intuitu, sed cum discursu quodam intelligit ex notis ad ignota procedendo, et unum ex altero colligendo difficultatem habeat in operando, facileq in errores incidat, nisi certa via et raoe dirigatur. Hic necesse fuit invenire scientiam seu artem aliquam q certis legibus et pceptis operaoem illectq ad modum dirigeret et perficeret, atq adeo instrumenta traderet quib. uteretur illectq

quomodo differant sensus

et intellectq.

in rebus facile et sine errore percipiendis, hæc autē scientia est Logica. Hinc etiam D. Aug. lib. 3. Contra Academicos. c. 13. et lib. 2. de Ordine. c. 13. appellavit Dialecticam Disciplinam disciplinarum quâ clausâ cæteræ clauduntur, quâ apertâ aperiuntur. Deinde etiam quidam recentiores Dialectici illa quasi omnia artis encomia acceperunt nimirum Dialecticam ēē Artem Artium, Clypeum disciplinarum mundi rāōalis, id est humanæ mentis solem, rāōis oculum, scientiā Ordinis, Clavem auream, sciam sciarum.

Logica eplex.

Notandum 2.do eplicem esse Logicam. Alteram imperfectam sive inchoatam, et nāalem, q̄ nihil aliud est quam vis q̄dam insita, qua homo p̄t imperfecte disserere, de re quavis; quam vim omnes homines habent, qui rationis usū habent. Alteram perfectam et artificiosam q̄ certis quibusd. legib. et p̄ceptis perficit Logicam nāalem, docetq̄ nos sine errore ac facile disserere.

Notandum 3.tio eplicitur aliquid necciū ad aliqd obtinendum seu ut loquuntur ex fine. Primò simpliciter et absolutè, ita ut sine eo res obtineri non possint, et hoc necessarium dr̄ necessarium ad esse, quo modo eibq̄ dicitur necessarius ad vitam sustentandam. Secundò dr̄ necessarium ex hypothesi, quod etiam vocatur necessarium ad bene esse sine quo videlicet commode et facile res obtineri non potest, quo modo Equus est necessarius ad iter faciendum.

Logica nāalis sine omni dubio ē necessaria ad scias comparandas.

Conclusio 1.ma Logica nāalis est simpliciter necessaria ad scientias comparandas, quia qui eam non habet ineptus est ad omnem disciplinam addiscendam.

Logica artificialis n̄ ē simplr̄ necia probr.

Conclusio 2.da Logica artificiosa non ē simpliciter necia ad cæteras scias comparandas. probr. quia ad sciam aliquam comparandam duo tm sunt necessaria: alterum ut is qui illam inquirere vult inveniat principia illiusq̄ assentialum. Alterum ut sciat se uti aptis et minime fallacibus disserendi formis ad demonstrandas ex inventis principijs conclusiones eas, quib. scientia continetur. At Logi-

ea artificiosa ignarus utrumq pstare p. g.° Logica artificiosa non est simpliciter necessaria ad alias scientias comparandas. Maior est satis declarata. Minor vero probr quia satis est unicuiq lumen naale intellectus sive Logica naalis ut ex principijs per se notis assentiatur et aptas ac minime fallaces disserendi formas inveniat.

Conclusio 3.tia Logica artificiosa est necessaria ex hypothesi sive ad bene esse ad caeteras scias comparandas videlicet ut quis facile et absq errore brevi tempore et ordine reliquas scientias assequatur. Haec Conclusio est Arlis 2. Metaph. c. 3. tex. 15. ubi docet, si quis ordine apto capessere quamlibet scientiam vellet ei discendam ee ante omnia Dialecticam. Et probr 1.mo quemadmodum se hnt instrumenta manualia ad ea quae manu conficiuntur, sic se hnt formulae disserendi ad scientias, q ratione comparantur, sed nullus opifex facile et sine errore brevi tempore atq ordine totam aliquam sciam comparabit, nisi examinatas iam habeat et in promptu oes disserendi formulas et instrumenta, q ad comparandam sciam sunt necessaria, ea autem formulae seu instrumenta in sola Logica traduntur. g.° nemo sine hac facile et absq errore, item brevi tempore et ordine nullam sciam comparare pt. Prob. 2. disponi prius debet agens ad recte et expedite agendum, quam rao ab eo recte et expedite exigat. Sed intellectus nr est agens in acquisitione scientiarum. g.° si aliquam scientiam assequi velit prius se disponere debet ad recte et expedite intelligenda ignota ex notis, haec autem dispositio fit per Logicam. g.° Logica est necessaria ad rectam et expeditam intellectionem, atq adeo ad scientiarum acquisitionem.

Ad 1.m argtm illorum q in initio qstionis sunt proposita respond. posse quidem scientias absolute et simpliciter ope solius naalis Logicae comparari ut diximus 2.da Conclusione idq concludere argumentum verum non esse parem rationem in Logica atq in caeteris scientijs ut facile et expedite in

Logica artificialis e necessaria ex hypothesi ad bene esse.

Probr authoritate Arlis

Comparao notanda.

nobis gignantur. Qui n. sine Logica cæteris scientijs student, simul dant operam et rebus, quas scire cupiunt, et ipsis disserendi formulis cognoscendis, quib. utuntur; Qui verò soli Logicæ student solis disserendi formulis modisq. in quib. continentur modi sciendi studium adhibent. Quare licet utriusq. satis sit nãalis sive inchoata Logica, multò tñ facilius Logica ipsa per se, quam ulla alia scia sine Logica acquiri pt.

Ad 2. respond. in definitione, divisione, et argumentatione duo spectari posse: Formam videlicet et materiam. Et licet hanc Logicam non tribuat alijs scientijs, tn. illam à qua sunt et dñr tales non habent scia nisi à Logica. Hæc n. sola est q tradit rationem huiusmodi instrumenta conficiendi, quatenus scientia sive docens est, et eadem rebus accommodat, quateng Utens sive facultas est.

Ad 3. Resp. à faciliorib. quidem ad difficiliora progrediendum ee ordine doctrinæ, modò necessitas non obstet. Interdum n. contra faciendum est, cum res difficiliorum pendet ex faciliori, et tn. ea q facilior est perfectè tradi non potest, nisi difficilior pmittatur, Atq ita negatur Maior simpliciter, dici etiam pt alias quidem scias esse faciliores sdm quid, raõe videlicet obiecti: difficiliores tñ simpliciter raõe videlicet modi procedendi, in quo à Logica pendent.

QVAESTIO. OCTAVA.

Quo pacto dividatur Logica?

Variæ sunt divisiones Logicæ nos omissis alijs tres tm ab obiecto sumptas afferemq. Prima Logicæ absolutè spectatæ. Secunda Logicæ Artis. Tertia utriq conveniet.

Prima. Divisio Logicæ absolutè spectatæ, id est, non ut huius vel illius authoris est tres sunt partes: definitiva q definiendi rationem: divisiva, q dividendi modum; Argtativa,